ıe os pressu tumoris periosteo orbatum, necrosi superficiali
perum redditur, simili modo costae afficiuntur aneurysmate
ıte crescente. Dolores ac sensus paraesthesiae, frigoris, ac
bilitatis brachii, paralysi similis, compressione truncorum
rvorum plexus brachialis excitantur. Vena etiam jugularis,
na subclavia, plus minus in circulatione impeditae, intumes-

*) Edwards Crisp Krankheiten und Verletzungen der Blutgefässe nebst
tistischen Erläuterungen.

cunt. Quae quidem symptomata quolibet alio in profundo more sito provocari possunt, carcinomate vero excepto, alius tumor usque ad talem evolutionem progreditur in regi axillari. Pulsationes tumoris et synchronica expansio dub casibus respiciendae sunt. — b) Aneurysma art. axillaris qu dam ambitum assequi potest, priusquam ab aegroto aut a c rurgo observatur, si in profundo fossae axillaris infra musc pectoralem majorem oritur. Progressum in evolutione a ad claviculam et regionem supraclavicularem tendit, aut fossa axillari sub adspectum venit praesertim aegroto brachiu tollente, sequenti tempore anteriorem et posteriorem pariet fossae axillaris deturbat. Symptomata, quae compressio venae axillaris accedunt vel nervorum similia sunt iis, qu supra commemoravi. Magnis aneurysmatis art. axillaris c vicula supra movetur, costae eroduntur, quin etiam haemorrh gia in cavum pleurae sequitur nisi tumor antea jam cutem e ternam perfregit. Aneurysmata in fossa axillari celerrime s lent crescere cum tela cellulosa fossam axillarem comple tumoris propagationi opportunissima sit. Symptomatis l specialium generum praemissis de diagnosi generali agamu quam dubia, fallax, atque insignibus difficultatibus pressa harum affectionum diagnosis, qui in celeberrimorum viroru famam, errores in aneurysmatis tractandis pro momento tantu contemplando versetur, qui non videt? qnum peritissimi etia Chirurgi, pertuso aneurysmate, pro remedio momentaneam su inde intulerint mortem. Inquirendum nunc, quibusnam sign Aneurysma cognoscatur? Tumor sine dolore apparet cu concodor, ad rotundam accedens figuram aut globo aut o similem, qui leni adhibita pressione cedens, aut evanescit, a plurimum minuitur, mox vero cessante pressione, ad pristina redit magnitudinem. Arteriarum more tumor pulsation praebet omnibus in partibus, quae nonnunquam tanta est, oculo facile conspici possit, etsi tumor de loco suo mutatu pulsatio est animadvertanda. Si supra tumorem arteria co primitur, pulsationes cessant, si infra coercetur, contrarium f Stethoscopio admoto strepitum quendam radulae similem au mus. Quibus omnibus symptomatis aneurysmatis diagnosis, recens est et sine ulla complicatione apparet, nullo modo dub

poterit. Multum vero abest, ut haec signa semper adsint, ogrediente enim tempore sanguis intra saccum contentus ad- coagulatus, saepe vis cordis in propellendo sanguine, adeo minuta, ut neque pulsus pericipere neque tumorem retro emere quisquam possit. Saepe etiam inveteratum, non reti- t eundem cum cute colorem, ut pote quae sensim aut erosa t per distractionem attenuata, color conspicitur ruber. Unde tet, aneurysma, praesertim inveteratum cum multis aliis tu- oribus posse confundi. Symptomatis differentialibus inter scessum et aneurysma de quibus supra quidem jam locutus m adhuc addam: abscessus pressioni digitis, aut manu factae, n facile cedit, neque totus evanescit, sed potius renititur. oscessus vehementer compressus, vix tolerandum excitat do- rem, dum Aneurysma, a partibus vitalibus remotum acce- nte pressione, parum creat incommodi, et prope ad vitalia um magis anxietatem, quam sensum dolorificum secum fert. bscessus nisi resolvitur intra paucos dies in suppurationem it vel in ceteras mutationes, aneurysma vero diu satis sine s accedentibus potest tolerari. A tumore cystico distingui- r in eo aneurysma, quod hic, pressu, pro varietate materiae ntentae cedit quidem plus minus sed non prorsus evanescit. uae si quis omnia rite perpenderit faciliore opera tumores ialescunque ab aneurysmatico dignoscet; quod eo magis ne- ssarium videtur, quia maxima mala, immo mors ipsa conse- ita esse narrantur, ex eo, quod Aneurysma pro tumoro in- immatorio habitum sinistre fuit curatum.

5. Tumor erectilis, Teleangiectasia.

Tumor cretilis, qui in regione axillari invenitur, ut aliis in gionibus, qualitate ac decursu saepe occasionem confundendi aebet aliis cum tumoribus. Decursus nos docet tumorum erec- em saepius perpetuo crescere ut neoplasma malignum. Origi- em ducens a macula circumscripta rubra, quae cutem non emi- t, ambitu crescit ac sensim supra cutis superficiem tollitur. Con- stentia ac temperatura augetur, stratum cutis adhuc supra cens extenditur, tenuescit, subfusce tingitur, ac hucusque qualis superficies inaequalis fit. Tumor parvus mollis est,

pressu interdum evanescit, ut aneurysma recens, non raro ut fluctuationis sensum offerat: si Teleangiectasia cum arte majoris ambitus cohaeret, et pulsatio observanda et strepi audiendus est. Quae symptomata ut in aneurysmata ced vasis afferentibus compressis. Tumor si rumpitur nimia ext sione, vel traumate, haemorrhagia haud levis intrat. Pa differunt symptomata teleangiectesiae venosis partibus structae, haec neque pulsationem neque strepitus offeru Augentur vero compressione venae abeuntis, atque exspi tione. Quod ad rationem incrementi, varietates inveniunt quae ad diagnosin pertinent, superficiales sitae facile dign cuntur, quae vero e profundo ad cutem crescunt primo tot d ficultates praebent, ut c. aneurysmate, glandula lymphatica, scessu, fungo medullari facile commutari possint. Quibus rebus discrimina sint posita supra jam dixi, sed de differen inter fungum medullarem et tumorem erectilem haec adda fungus si quidem in infantibus attamen nunquam congeni invenitur, saepe quamvis non semper, dolores eum sequunt cutis integumentum in fungo emolliente tantum decoloratur, telangiectasia a primo jam decolorata: tumor erectilis pres ex parte evanescit, fungus medullaris digito resistet, quod d nique ad symptomata pulsationis et strepitus, in utroque tumo observanda sunt, tum cautissime agendum erit, neve locali e ploratione nobis satisfecisse videamur, sed anamnesim cu diligentia respicere debemus.

6. Tumores, qui articuli morbis gignuntur.

Articulationes duae in regione axillari inveniuntur, quaru altera articulatio acromio-clavicularis ad superficiem mag sita est, altera articulatio humeri in profundo jacet. Quo si anatomico perspicuum est, morbos humeri articulationis n statim sub adspectum posse venire, dum morbi alterius ar culationis celerius tumorem quendam provocant. Inflamm tione chronica articulationis acromio-clavicularis portio acr mialis claviculae supra acromion insigne prominet, quasi parte luxata apparet, cum superficies glenoidales multo amp ficentur neoplasmatis osseis in margine articuli primitivi. Saep

dislocatio, quae inflammationem hanc sequitur, luxatio inveterata nominatur.

In universum articulatio humeri nimis in profundo sita est, quam ut affectiones qualescunque plerisque in casibus tumorem externum efficiant, ac mutatio formae regionis axillaris observanda sit. Dolor summum est signum inflammationis, et in profundo quidem sedet, quocunque brachii movendi conatu adaugetur, in uno loco acerbissime quidem sentitur, per totam vero regionem vagatur. Pressu vel motu ita crescit, ut aegroti jam levi concussione prae dolore clament. Cutis externa normalem colorem saepe conservat, extenditur vero ac splendet. Tumor vel majoris vel minoris ambitus apparet, modo evanescit, modo eodem ambitu redit. Acuta inflammatione membrana synovialis praesertim corripitur, ac liquor articuli, synovia qualitate aeque ac quantitate mutatur, e pellucido fluido turbidus fit, mixtus cum sero, quantitate multo augetur. Cavitas articuli impletur exsudato qnodam, et bursae mucosae nonnunquam eodem explentur, ita exempli gratia bursae musculi subscapularis, quae ut aliae tum quasi sinus membranae synovialis respiciendae sunt. Partes etiam condyloideae ossium si inflammatione corripiuntur, generalis exoritur inflammatio, quae gravissimis laesionibus in regione axillari apparet. Cutis multis fistulis perforari solet, aut in fossa axillari, aut ad marginem musculi deltoidei, tela cellulosa infra jacens infiltratur, et decrescit, aeque ac musculi pure infiltrantur, et fistulis quasi secantur. Pus e cavitate glenoidali consecutivis abscessibus effluit, qui modo decursum longi capitis bicipitis sequuntur et vagina synoviali perforata infra deltoideum in anteriore humeri parte apparent, modo tendinem musc. subscapularis, quo casu in inferiore scapulae margine sub adspectum veniunt, raro fit, ut capsula infra perforetur ac pus in fossam axillarem effluat. Interdum si brachium movere tentamus, strepitum quendam percipimus, similem sono inflammatarum pleurae partium, quae crepitatio multis ex causis gignitur, et in inflammatis bursis mucosis et in cavitate glenoidali, modo asperis exsudatis, modo induratis, mobilibus corporibus etc. Quod denique ad situm brachium attinet in humeri articuli inflammatione non illum invenimus, qui aptissimus est, ligamentis ac musculis relaxandis,

ut in malis coxae vel genus observatur; Bonnet quidem arti culi cavitatem e fossa infraspinata aperuit, et massam quem dam ejecit, posthac humerum modice flexum et abductum inv nit, hic ergo aptissimus brachii esset situs, multo saepius ver brachium ita jacet, ut olecranon ad externa et posterior spectet.

Inflammatio chronica a Bonnet, Astley Cooper luxat partialis nominatur, saepe ex acuta inflammatione oritur, supra commemoratae synoviales membranae et liquoris muta tiones perdurant, ac mobilitas articuli exigua restat. Saep vero originem ducit ab ossibus: sine febri, exiguis doloribu intrat, qui motu vel pressu tantum in articulum excitantur.

Caput humeri praesertim, et illius quidem pars in cavitat glenoidali sita, normalem amittit ambitum, complanatur, a sensim ita expolitur, ut non globo jam, vel ovo similius redda tur. Et cavitas glenoidalis scapulae mutatur, osteophyti augetur, quae introrsum et supra deponi solent ut fossa gleno dalis duabus quasi partibus formari videatur. Quibus muta tionibus articuli dislocationes humeri facillime gigni perspi cuum est varias ad regiones de quibus paulo post diligentiu loquamur.

Tumor albus quandoque ab inflammatione chronica ex oritur, haec ejus signa characteristica sunt: Dolores sentiuntu cujuscunque gradi qui pressu in acromion, vel partem anterio rem humeri capitis crescunt, vagantur ad longitudinem brachi usque ad olecranon, saepe hoc loco acerbiores finnt, dum ce dunt in superiore parte. Paulo post intumescentia dignoscitur humerus obtuse ad externa et in fronte prominet, aegrotus af fectum latus demittit, ita ut brachium longius videatur, quas differentias optime detegemus aegrotum cum sano humero comparantes. Prolatio vero brachii non vera sed simulata est brachium pondere suo detrahitur, ac spatium ab acromione usque ad olecranon vel condylum externum in sano brachio si quidem ad eundem habitum respicimus, idem invenitur ut in aegroto. Huc accedit, quod directio humeri non mutatâ in-venitur ut in luxatione ut his signis ab illa tumor albus dis-cerni possit.

Hydrarthrus saepissime quidem in genus articulatione ob-

…atur, praesto vero sunt complures casus hydrathrosis in …meri articulo, ubi symptoma aliorum articuli morborum in…itur sic exempli gratia contorsionis, luxationis, vel corpo…n alinorum. Doloribus accrescentibus tumor apparet, cujus …is normali colore est, elasticitatem vel fluctuationem praebet, …ito prementi cedit, neque dolores relinquit, neque fossa re…net. Formam habet inaequalem cum extensis musculis effu… liquor ad tenuiorem capsulae partem premitur, ita fit, ut …niae quae dicuntur synoviales sub adspectum veniant; pro…sus enim capsulae synovialis ad tendines bicipitis pertinen… tali gradu extenduntur, ut media brachii parte vel in fossa …llari, si bursae mucosae subscapularis vel infraspinati …iore implentur, tumores appareant fluctuantes. Cum neo…smata ut supra descripimus interdum etiam fluctuationem …ebeant, commemorandum mihi est quomodo illi, modo dicti, …iores fluctuantes discerni possint a neoplasmatis, illi fluctu…onem ubique, haec vero circumscriptam solum praebent, et …ydrathro fluidum contentum ex uno ad alium locum com…veri potest, quod in neoplasmatis non potest fieri.

Corpora heterogenea denique in articulo humeri observata …t a Petrequin, quorum symptomata eadem referuntur fuisse, …e his corporibus aliis in articulis provocantur. Aegroti …risque corporum proprium sensum percipiunt, subito dolo…us acerbissimis afficiuntur, et usu brachii orbantur, quibus …nis diagnosis plerumque nititur, cum difficilium sit, corpora …a sentire, quae magnam possident mobilitatem.

Tumores e dislocatione aut fractura exorti,

Jam post contusionem articuli violentam celerrime tumor …aret in vicino, qui haemorrhagia in capsulam vel in cir…njacentes regiones efficitur. Nonnullis vero diebus tumor … evanescere solet, hi ergo tumores minoris sunt momenti. … Contorsio vero, id est incompleta dislocatio, majorem …iorem provocat, non modo haemorrhagiam in profundo … etiam ecchymosin et sugillationes gignit. His in casi… id nobis petendum, ut contorsionem disjungamus a sim…i contusione et a luxatione. Contusione, et contorsione

quidem haemorrhagia fit in cavum articuli, uterque tu proprium quidem sensum praebet, dolores vero acerbi acute intrantes in contorsione solum observantur, acc quod regio articuli immensius contorsione intumescit, pr quam hoc vero fit, a luxatione contorsio facile eo dis nenda erit, quod singuli processus, ac tubercula emine in normali situ inveniuntur.

Gravissimae vero formae externae regionis axillaris turbationes oriuntur a dislocatione vel fractura ossium, q huc pertinent, de quibus singulis nunc agamus.

A. Tabella luxationum, quae in regione axillari observantur.

I. Luxationes portionis acromialis clavicul. vel scapulae

1) Luxat. port. acromialis clavic. ad superiora sive Luxat. scapul. infraclavic. (Luxation susacromiale de la clavicule.)
2) Luxat. port. acrom. clavic. ad inferiora. sive Luxat. scap supraclavicularis. (Luxation sousacromiale de la clavicule.)
3) Lux. port. acr. clav. infra proc. coracoid. (Luxation sous-coracoïdienne de la clavicule.)

II. Luxationes humeri

1) Luxatio axillaris, s. infraglenoidea,
2) Luxatio subclavicularis,
3) Luxatio infraspinata.

I. Luxationes clavic. vel scapulae.

1) Luxatio scapulae infraclavicularis.

Humerum laesum cum integro comparantes declinat observamus, scapula cum dislocata clavicula fulcro orbe quod fieri non potest nisi ligamentis ruptis. Spatium ir acromion et sternum minus invenitur in laeso humero, c vicula enim scapulam ad externum thoracis latus retinet. humerum quasi promovet, si vero dislocata est scapula trorsum et antea prolabitur. Clavicula tumorem format cumscriptum supra acromion, et oculis et digitis facile

scitur. Si nempe claviculam media parte digitis moveus, tumorem etiam supra acromion commoveri videmus, et digiti spinam scapulae usque ad acromion persequi vont, claviculae prominenti occurrunt. Brachio oblique blato evanescit ille tumor, apparet rursum brachio dependnte. Quendam strepitum his motionibus audimus contactu gamentorum ruptorum, vel cartilaginum articuli. Brachium ovetur quidem, praesertim rotatur sine impedimento, aliae ro motiones difficiliores sunt.

Quae sint discrimina inter hanc luxationem et fracturam romii postea videbimus.

2) Luxatio scapulae supraclavicularis. Portio acromia- infra acromion prominet, cujus interno latere fossa quaeum in adspectum venit, quam normali statu clavicula ipsa plet. Si intumescentia non magna est, fossula digitis palntibus invenitur in acromionis interno latere, quae fossa enoidalis est articulationis claviculo-acromialis. Brachium l thoracem plus minus dependet, spatium inter acromion sternum minus invenitur in laeso humero ex iisdem caui quae supra commemoratae sunt.

Brachium laesi lateris longius apparet acromione clavila sublato, atque humerus laesus altior adspicitur si comramus eundem cum integro, aegrotus vero humerum laem inclinare solet.

3) Luxatio scapulae cum processu coracoideo supraclaularis, nimirum et hic omnia ligamenta rupta inveniunr, regio deltoidei complanatur humerus permovetur, braium dependens facile quidem movetur, adductio vero et evatio magnos excitat dolores. Portio acromialis clavicue neque distincte investigatur, neque oculis cernitur, prossus vero coracoideus et mobilis invenitur et supra clavilam distincte apparet.

Superficiali situ processus coracoidei ejusque singulari obilitate jam ad diagnosin hujus luxationis flectimur, quae nnino vero rarissime observatur.

II. Luxationes humeri

ajoris adhuc sunt momenti cum frequentiores quam in aliis

articulis inveniantur. Ad tres regiones brachium dislocat inveniri solet ad anteriorem, inferiorem et posteriorem cavitate glenoidali, quae directiones et a musculis circ articulum jacentibus, et ab inaequali capsulae soliditate ab effectu ictus externi plus minus dependent. Proces coracoideo, et acromione, cum ligamento coraco-acromi tectum quasi supra articulum formante efficitur, nisi pr cessus modo dicti franguntur, ut dislocatio ad superiora nu quam intret, dislocationes ad anteriora et posteriora saepi observantur, et hoc quidem modo gignuntur. In cadave humerum supra angulum rectum tollentes, tuberculum maj contra acromion nitens sentimus, humerum ad eandam regi nem tollere persequentes, eum vectim facimus cujus hyp mochlium in tuberc. majori situm est, inferior capsulae pa mox perrumpitur atque humeri caput capsulam relinqu. Idem casus est si quis cadens de loco edito, brachio exten quidcunque manibus prehendens adhaerescit, vel in quidlib incidit quasi nitens, concurrunt in humeri articulo effect duo e variis regionibus, alter est pondus corporis delabent alter est vis nitentis brachii, alter alterum vincit, atque cap humeri locum suum normalem relinquit. Quod ad singu humeri genera dislocationum, hae sunt:

1) Luxatio axillaris, s. infraglenoidea, quae has speciei reg onis axillaris mutationes efficit, hisque symptomatis dignosc tur: Regio deltoidei, quae normali statu capite humeri und que aequaliter conglobatur, ejus dislocatione e cavitate glen dali complanatur, et si nondum sat magna est intumescent usque ad cavitatem scapulae glenoidalem digitis progredi lice Dum in altera parte complanatio efficitur dislocatione, in alte tumor apparet, et anteriore quidem fossae axillaris parte, quo rotundo, duro tumore facile caput humeri agnoscitu moventes enim brachium, tumorem hunc una moveri man sentimus. Longitudo humeri major est, caput cum inferi quam normali statu versetur, axis ejus mutatus invenitur, cu olecranon plus minus ad externa et posteriora promineat, r linea centralis ossis humeri ad fossam axillarem vergat Mo bilitas ergo perturbatur, passivi motus quodam modo a ch rurgo quidem exercendi sunt, aegroto vero dolores efficiun

rdum motibus his crepitatio quaedam sentitur, non tam
ere tamen ut in fracturis, et evanescit mox frequentiori-
s motibus, cum sero effuso, vel synovia in telam cellulosam
luente producatur. Paulo post intrantem laesionem aegro-
n adeuntes facillime dislocationem veram cognoscimus prae-
tim in maceris individuis, praelapsis vero jam nonnullis die-
s, aut intumescentia magna, aut in obesis individuis laesio
nus facile dignoscitur, quibus in casibus signa jam relata
igentius observanda sunt.

2) Luxatio infraclavicularis: acromion prominet acute,
cavatio quaedam infra observatur in regione deltoidei ob
ndem rem, quam supra notavi. Caput humeri tumor repe-
ur infra claviculam et introrsum a processu coracoideo ro-
tiones olecrani sequitur. Quo situ humeri, habitus brachii
normali differt olecranon nempe retrorsum trahitur et abdu-
ur, axis mediam ad claviculam vergit, et longitudo brachii
nuta invenitur, id est spatium decrescit inter acromion et
ndylum externum. Dolor hic minor est quam in antecedente
slocatione cum nervi minus comprimantur, mobilitas vero
agis perturbata est; caput humeri processu coracoideo, et
avicula impeditur quominus moveri possit, et musculo supra
infraspinato introrsum trahitur.

3) Luxatio infraspinata. Capsulae posteriore parte per-
pta, caput aut proxime infra acromion restat, aut in fossam
fraspinatam decedit. Qua in fossa si remanet haec sympto-
ata luxationi propria sunt:

Acromion valde prominet, regio deltoidei collapsa digitis
sque ad civitatem glenoidalem progredi concedit. Neque in
nteriore parte regionis axillaris, neque in fossa axillari tumor
uidem rotundus inveniri potest. In posteriore vero latere
ut proxime infra acromion aut infra spinam tumor prominens
cile, quod ad ambitum et mobilitatem, humeri caput cognos-
tur. Brachium aut recte aut oblique dependet, et ita quidem,
: olecranon magis ad anteriorem corporis partem promineat.
etrorsum olecranon movere dum conamur eo planiorem faci-
us regionem deltoidei, fasciculis ejus musculi magis extensis.

B. Tabella fracturarum, quae in regione axillari observantur.

I. Fracturae claviculae et scapulae.

1) Fractura claviculae,
2) „ acromionis,
3) „ colli scapulae,
4) „ process. coracoidei.

1) Fractura claviculae. Superficialis situs, flexus dupl ac functio claviculae extremitatem superiorem cum trunco ju gendi, causae sunt, cur frequenter claviculae fracturae obs ventur. Magni autem momenti est locus fracturae, num int an extra lig. coraco-claviculare sit, quod ab illo disloca fracturae fragmentorum dependet. Sunt quidem, qui dislo tionem omnino negent, quod vero iis tantum casibus fi potest, quibus inter ligam. trapezoideum s. coraco-clavic lare externum et lig. conoideum s. coraco-claviculare inte num clavicula fracta est. Haec signa sunt fracturae cla culae, si illa inter lig. conoid. et trapezoideum locum hab parva speciei perturbatio animadvertitur, brachium fac movetur, ut haud rare fallamur. Digitis claviculam palpa tibus quidam locus invenitur, cujus tactus aegrotum dolo afficit et si fragmenta duo manibus prachensa movemu crepitationem sentimus. Si fractura inter lig. coraco-cla culare et acromion sedet, fragmentum internum lig. corac claviculari normalem retinet situm, fragmentum externu leviter inclinatur, investiganti digito fragmentum internu longe prominens reperimus, spatium inter manubrium ster et acromion in laeso latere brevius redditur, tollendo et i clinando brachii crepitatio percipitur. Si fractura inter l coraco-clavic. et manubrium sterni accidit, m. trape utrumque fragmentum tollitur, usque ad rectum fere ang lum, qua dislocatione in reg. supraclaviculari tumor hau levis apparet. Pondere brachii externum fragmentum deo sum trahitur, m. pectorali majore, terite majore et latissim dorsi introrsum, ut minor tantum pars superficiei glenoid lis claviculae in normali conjunctione restet; fragmentum i tern. m. cucullari sursum trahitur. Colligamus ergo sig

racteristica claviculae fracturae: Raro existit dislocatio gmentorum in fractura inter lig. trapezoideum et conoim sita; dislocatio fragmentorum efficit majorem convexim claviculae superne; in fractura inter lig. coraco-clavic. acromion, internum fragmentum tollitur, externum vero rsum, introrsum et antea profertur. Spatium inter mapr. sterni et acromion minus redditur.

2) Fractura acromionis, saepissime transversalis accomta invenitur, hoc modo formam normalem perturbat; recientes conglobationem regionis deltoidei atque acromio- in integro brachio, in laeso illam desideramus, scapula ichii pondere detrahitur et aegrotus ad latus laesum cat inclinat. Accuratius si spinam inquirimus usque ad romion, ibi depressionem percipimus lapsu fractae partis. iae omnes vero speciei anomaliae evanescunt simulatque chirurgo brachium tollitur, iterum observantur si brachium ndere ipso labitur, hoc signo praecipue fractura a luxane differt. Chirurgus si brachium tollit, alteramque manum acromion imponit, distincte crepitationem sentit.

3) Fractura colli scapulae, facillime cum dislocatione imeri capitis confunditur, pondere enim brachii processus ndyloideus scapulae ad fossam axillarem detrahitur, ibi mor, quidem non circumscriptus, reperitur ut in luxatione illari; accedit, ut axis humeri oblique deorsum et ad exrnum vergat, olecranon a thorace distet, atque acromion militer promineat; attamen inter luxationem et fracturam lli scapulae discrimen faciendum est signis his propriis acturae, reductio enim facillime institui potest, quod in xatione sine negotio fieri non potest, deformitas vero mox dux est, ubi brachium fulcro carens pondere suo dependet. Reductione finita si altera manu summum humeri amectimur, altera brachium moventes crepitationem percipere ssumus.

4) Fractura processus coracoidei raro observatur, cum ocessus musculis obtectus, obnoxiis externis perraro attintur. Pectoralis minor, caput breve bicipitis, coraco-brachis fractum processum detraherent, nisi, ut fieri solet, ligamen-

tum coraco-acromiale et coraco-claviculare non laesum, di- cationem impedirent.

Si intumescentia nondum apparuit, mobilitatem fracti p- cessus, ac crepitationem percipere licet. —

II. Fracturae superioris humeri extremitatis.

1) Fractura colli anatomici simplex, et c. luxatione e- gomphosi combinata.
2) Fractura tuberculorum,
3) Diductio epiphyseos a diaphysi,
4) Fractura colli chirurgici simplex, et cum luxation- c. gomphosi combinata.

1) Fractura colli anatomici sine gomphosi nullo mo- omnibus partibus jam satis nota est, cum saepius etiam fr- tura per tubercula aut diductio epiphyseos a diaphysi fractu- colli anatomici nominatur. Pro dislocatione capitis, v- gradus perturbationis existunt, fragmenta si ligamentis adh- conjunguntur, species humeri non insigne mutatur, mobili- minor, ac crepitatio, certa tum signa fracturae observant- Capite dislocato similia symptomata observantur, quae luxatione, tumor enim efficitur in fossa axillari defracto luxato capite, sed spatium post acromion infraque non colla- sum videmus ut in luxatione, corpus humeri potius ad cavi- tem scapulae glenoidalem ascendit. Brachium moveri n- potest ab aegroto, et chirurgus si motus passivos exercet t- morem supra dictum non una cum brachio moveri sentit, qu- optime docet, caput humeri a corpore esse sejunctum. Distin- crepitatio his motionibus sentienda est; Brachii longitudo m- nuta est. — Vehementia pulsus externi caput defractum spongiosam substantiam inter tubercula intrudi solet, corp- humeri ascendit ac tuberculum majus saepe defringitur. Sp- cies brachii non insigne mutatur, longitudo vero minuitur.

Smith memorabilem hunc casum describit:

In cadavere feminae cujusdam, quae multis annis ante p- scalas decidens vehementia in limen humero inciderat, sympt- mata luxationis axillaris aderant, acromion prominens, reg- deltoidei complanata. Remotis musculis, apperto ligamen- capsulari, caput humeri a corpore sejunctum invenit, et quide-

nodo dislocatum, ut superficies fracturae sursum specta-
ad cavitatem glenoidalem, superficies cartilaginea vero ad
pus vergens in illo intrusum tuberculum minus defregisset.
2) Fractura tuberculi majoris vel minoris saepius con-
cta cum fractura colli anatomici observatur, quam sola.
ambitu fracturae majores aut minores tuberculi partes di-
untur, fractura totius tuberculi deformitas sat magna effici-
. — Tuberculi majoris fractura haec praebet signa: Infra
omion depressio transversalis apparet, musculus deltoideus
nplanatur, ambitus regionis deltoidei a fronte ad tergum
getur; fossa infraclavicularis planior est quam in integro
mero. In parte anatomica descriptus sulcus intertubercula-
minus distincte invenitur, digitisque tubercula amplectan-
si brachium movemus crepitationem provocamus, quae et
atione humeri percipitur. Aegrotus inferiores quidem mo-
exercet usque ad angulum vero rectum brachium tollere
n potest. Si dubii sumus num fractura colli scapulae adsit,
n brachium longius appareret, ambitus humeri idem esset et
edit, ut in fractura colli scapulae tollendo brachio quaecun-
e deformitas evanescit, quae nullo modo in fractura tuber-
li majoris minuitur. A luxatione haec fractura eo differt, ut
achium moveri possit, digiti vero investigantes non usque
cavitatem glenoidalem progredi possint. — Fractura tuber-
li minoris in homine vivente adhuc nunquam est observata,
cadavere Thudichum semel reperit.

3) Diductio epiphyseos a diaphysi: varia admodum esse
let, alia enim est, quae fit a causis internis et tunc dicenda
set spontanea, alia vero, quae vi externa inducitur, et nomi-
nda violenta. Epiphysium solutio spontanea praecipue in
niorum infantium corporibus evenire solet, quorum nutritus
rversus est, quo modo articuli intumescunt atque infantes
nt rachitici. Non solum articuli et appendices ossium tene-
ores corruptis succis fiunt turgida, sed, si morbus adolevit
l alia quoque vitia accedunt, arroduntur, tandemque ab inte-
ore horum ossium parte, versus exteriora prorepens malum
orbi illud genus in medium profert pessimum, quod a veteri-
s spinae ventosae a recentioribus paedarthrocacis nomine
it descriptum. His accedentibus haud raro fieri solet, ut

dum epiphyses intumuerunt, ut nexus earum cum diaphy
valde turbetur.

Licet autem haec plerumque in junioribus corporib
evenire soleant, attamen et adultis haec morborum gene
non infrequentia esse jam Severinus animadvertit, et usq
ad vigesimum quintum annum in utroque sexu observav
Non solum autem ex causis vitiisque internis sponte se
dunt epiphyses, sed etiam illata vi violentibusque motibus il
ut avellantur a diaphysi, haud raro accidit. Insignis se
nobis offert varietas, quam hominum diversa efficit aetas,
junioribus enim omnia laxa molliaque adhuc violentiae f
cilius cedunt, inde quaque in partu ipso, dum foetus mi
provida educitur manu facillime fieri solet, ut in primis e
physes diducantur, sic Bertrandi et Dutrochet observa
runt. Non minus in foetus partu, quam in infantibus h
evenire solet, si infirmi teneriores que eorum artus rariis m
tibus vehementius premuntur et adducuntur. Hinc quoq
apparet ratio, cur pessimos saepius effectus afferat pessi
illa et admodum detestanda consuetudo, dum puerorum c
pora manibus aut brachiis apprehensis in altum tollunt
pote qua facile fieri potest, ut non solum luxatio inducat
sed, quod periculosius, ut epiphyses ab ossibus avellant
Haec res cum tanti momenti sint, ut saepius ex imperitia m
dentium humani eurythmia corporis hac ex causa turbet
excuses Lector benevolentissime de aitiologia quod nonnu
attuli, multa adhuc quidem addenda essent, propositio v
rumtamen mea hoc loco non est; jam exponere restat, qu
modo solutio haec sit cognoscenda.

Oculis laesam figuram in reg. axillaris anteriore pa
adspicimus, tactu infra process. coracoideum prominent
tumorem invenimus, qui non margine inaequali et acumin
ut in simplice fractura, rotundam magis et convexam pr
bet superficiem. Directio humeri insolita est, ex anterio
interno, et superiore retrorsum et ad externa vergit. Mot
aegrotum dolore afficit, qui brachium, nisi altera integ
manu adjuvans, tollere non potest. Simplici extensione
olecrano tumor supra commemoratus evanescit quide
redux vero fit, extensione finita. Caput humeri in norm

…dem cavitate glenoidali restat, brachii motiones non se-…ur tumor vero infra proc. coracoid. una commovetur …crepitationem, olecranon distans si thoraci appropinqua-…s, percipimus. In regione deltoidei nil normalis desidera-…, nullius sinus aut eminentiae occurrunt signa. Si vero …n solum diductio epiphyseos sed fractura ipsa hoc loco …est, nunquam fere certa ejus signa apparent. Nulla dis-…atio observatur, cum ligament. capsulare hanc regionem …cumdans et a musculorum fasciis et a periosteo crassius …ldatur, ut raro perrumpatur. Neque longitudo tum bra-…ii, neque directio insolita invenitur, fragmentum superius …a movetur rotatione inferioris, in regione deltoidei nullus …nus pervestigatur. Sed quo minus fallatur Chirurgus ne-…ssarium est, ut membrum aliquo modo sed caute moveat. …nc auris plerumque crepitationem quandam percipit, …tusi quidem soni, quia cartilago intercedens acutiorem im-…diat, qui autem clarius percipitur, quando simul ossium …rtes sunt abruptae.

4) Fractura colli chirurgici, s. extracapsularis simplex …llum chirurgicum patet usque ad insertiones teritis et pecto-…is majoris, fracturae ejus aut transverse aut oblique de-…rrunt; a directione fracturae, effectuque musculorum, qui …se inserunt in fragmento dislocatio dependet. Plerisque …sibus inferius fragmentum introrsum trahitur, musc. pecto-…i majore, terite majori et latissimo dorsi, Desault vero ad …steriore tractum, Dupuytren ad externa, musc. deltoid. …lens, ad anteriora ad proc coracoideum Blasius et Mal-…igne observavit. Fragmentum superius si ex toto ab in-…iore sejunctum est, musculo supraspinato plus minus tol-…ır; ut ejus superficies fracturae ad superiora et anteriora …ectet. Ictus vel contusio cum saepe permagna sit, pleris-…e casibus extravasato regio deltoidei subito haud insigne …umescit, ut signa pathognomonica distincte observari non …ssint, alioquin e directione humeri, et crepitatione percepta …ignosis sine negotio instituenda est.

Fragmento inferiore introrsum decedente haec sympto-…ta in medium proferuntur: transversus sinus medio deltoi-…, qui distinctius adspicitur abducto brachio, nunquam

vero tam profundus est ut in luxatione. In fossa axill acutus corporis humeri margo sentiendus est. Fragmen sese omnino tejunctis, musculi inferius fragmentum tollu quod aut post acromion, aut ante m. pectoralem aut terne medio deltoideo, aut interne infra proc. coracoid. morem praebet; semper longitudo brachii minuta, situs o crani mutatus. Certissimum signum fracturae crepitation quibuscunque brachii motibus sentiemus. Ictus externus c proxime regionem articuli invadit, luxatio cum fractura c jungi solet; regio deltoidei normalem formam amittit, ca humeri anteriorem parietem fossae axillaris prominentem fa Brachium minutum distat quodam modo a trunco, superfic inferioris fragmenti ad cavitatem glenoidalem tollitur. N raro denique violentia externa defractum caput in corp humeri intruditur, tum crassior fit ambitus superior la brachii, deformitas facillime cognoscenda observatur. Br chium vero pallulo minutum, directio humeri non muta invenitur. In cavitate glenoidali caput humeri moveri sen mus brachii rotationibus. Crepitatio tum denique percipit si utraque manu humerum complexi sumus et a soc brachium rotatur. Cum colligimus certa signa fracturaru quae in extremitate superiore humeri eveniunt, crepitat et speciei perturbationes magni sunt momenti, aeque situs brachii, quod ad has vero, similes cum in luxationib observentur, ad comparationem haec tabula sequatur:

Symptomata:	Fractura:	Luxatio:
1) Regionis deltoidei declivitas.	paulo infra acromion	proxime infra acr mion
2) tumor prominens in fossa axillari	inaequalis, minorisque ambitus	aequalis rotundus majoris ambitus
3) Situs olecrani	paulisper distat a trunco	magis distat a trunco.

VITA.

Natus sum Meyer Süskind, Glogoviae ad Viadrum sitae die XXX. ens. August anni XXXIV h. s. patre Elias, matre Rosa e gente heinberger, quos mihi parentes deus per longum tempus incolumes rvet! Fidei adictus sum veteri. Literarum primis elementis imbutus ıdecim annos agens, gymnasium evangelicum Cel. Dr. Klopsch direcre tunc florens adii. Maturitatis testimonio instructus vere anni h. s. III. hanc almam literarum universitatem Viadrinam petii et ab Illust. ınc beat. Henschel, illo tempore fasces academicos tenente, civium cademicorum numero adscriptus, apud Illust. Barkow tum gratiosi edicorum ordinis Decanum maxime Spectabilem rite professus sum.

Disserentes audivi viros Illustrissimos, Celeberrimos, Experiensimos: Aubert, Barkow, Benedict, Betschler, Braniss, Burchard, uflos, Frankenheim, Frerichs, Göppert, Glocker, beat. Gravenhorst, rosser, beat. Henschel, Kahlert, Klose, Löwig, Middeldorpf, beat. ega, Reichert, Reyman, Rühle.

In exercitationibus anatomicis Ill. Barkow, in clinico chirurgico l Benedict, Ill. Middeldorpf, in clinico medico Ill. Frerichs, in clinico ostetricio Ill. Betschler, duces mihi fuerunt benevolentissimi et xcellentissimi.

In clinicis exercitationibus benignissime me adjuverunt: Exp. . D. Cohn, Förster, de Gliscynski, Hasse, Joseph, Langer, Rühle, chedler, Valentiner, Weidner.

Quibus omnibus Ill., Cel., Exp. ex intimo animo gratiam quam aximam habeo.

Tentaminibus vero et philosophico et medico atque examine rigoso superatis, spero fore, ut dissertatione rite defensa summi in mecina et chirurgia honores in me conferantur.

THESES.

1. Docimasia pulmonum hydrostatica gravissimum est signum pulmones recens nati post partum respirasse.
2. Arteriae elasticitate, magis, quam contractilitate circulationi serviunt.
3. Forma, qua remedia interna adhibentur, ad eorum effectum magnopere valet.
4. Prognosis in stadio desquamationis scarlatinae aequae incerta est, atque in stadio eruptionis.
5. Repositio luxationis humeri inveteratae et difficilis e periculosa est, quin etiam saepe inutilis.
6. Extractione, cataracta lens, tutissime quidem aeque a ceclerrime atque integerrime amovetur, attamen haec operationis methodus multas ob causas non semper aliis es praeferenda.

Explicatio tabulae.

Figurae ad naturam gypso effictae lapidi impressae ope aguerreotypi luxationes ostendunt humeri ad tres regiones, uae supra describuntur.

Fig. 1. Luxat. humeri ad post.

Fig. 2. Luxat. axillaris.

Fig. 3. Luxat. infraclavicularis.

Notae in omnibus figuris eaedem:

a) clavicula, b) acromion, c) caput humeri.

1.



2.



3.



Lit. u. Druck v. E. Kretschmer.